



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii  
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XX. de donatio: inter Virum & Uxorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)

tio de adulterio, si non probetur, dat alteri parti justam causam separationis thori. Trivisianus lib. 1. decis. 61.

*Ad num. 24. adde.* Conjuges propter alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter fornicentur, & tunc eis etiam separatis durat vinculum. Gonz. *ad cap. quæsiuit. 2. h. t.*

*Ad num. 27. Busenb. lib. 6. tr. 6. cap. 2. dub. 3.* etiam ass. rit, quod non teneatur conjugem conversum recipere, addit saltem ex justitia; nam ex charitate aliquando tenetur, si sit periculum incontinentiæ.

*Ad num. 28. in princ. adde.* Coniunx non potest sine iudicio Ecclesiæ conjugem dimittere, etiam prætextu notoriæ consanguinitatis, & de facto dimissam recipere compellitur. Gonz. *ad cap. Porro. 3. h. t.*

### AD TIT. XX.

#### *De Donationibus inter Virum & Uxorem.*

**A***D num. 3. in fine adde.* Res donata propter nuptias si alienetur à marito consentiente uxore, dum alia bona ipse obtinet, præcipuè post transcursum temporis, ab uxore repeti non potest. Gonz. *ad cap. 4. sup. de Empt. & Vend.*

Soluto matrimonio ex causa licita dos restituenda est uxori. Gonz. *ad cap. mulieres. 1. h. t.*

Judex delegatus, qui cognovit de causa matrimonii, de dote etiam pronuntiare valet. Gonz. *ad cap. plerumque. 4. h. t.*

Donatio propter nuptias, si nuptiæ, quia incestuose, nullæ declarentur, à marito repeti potest, nec lucro uxoris cedit. Gonz. *ad cap. etsi necesse. 5. h. t.*

Usufructus in dotem datus, vel donatio propter nuptias, finitur mortis dantis, nec amplius remanet penes accipientem. Gonz. *ad cap. nuper. 6. h. t.*

Maritus inops dotem sibi promissam petens, cautionem qualem qualem præstare debet, aliàs dos deponetur penes mercatorem. Gonz. *ad cap. Per vestras. 7. h. t.*

### AD TIT. XXI.

#### *De secundis nuptiis.*

*Ad nu. 4. in fine adde.* Utrum propter verosimilem præsumptionem & probabilem credendi causam intercessisse mortem mariti, concessam sit mulieri ad secundas transire nuptias? Respondetur esse, & Confessarius in foro interno concedere potest, & Judex post contractas nuptias eam separare non potest. *Can. Cum per bellicã. 3. q. 1.* Ratio, quia in moralibus sufficit probabilissima opinio & non requiritur certa. Ipse tamen Judex transendi licentiam dare nequit, quia Canones hoc casu requirunt certitudinem. *cap. Dominus. h. t. cap. in presentia de sponsalib.*

*Objic. cap. quoniam. 9. porro.* Ut lite non contelt. Respondet Abbas textum loqui de verosimili morte conjugis dubis. id est, de quo dubitabatur an esset coniunx. *Laym. lib. 5. tract. 10. q. 3. c. 2. n. 2. in fine.*

Uxor